

Hermann Becker

**Rector Universitatis Rostochiensis M. Hermannus Becker/ Prof. P. Facult:  
Philosophicae hodie Decanus & ad D. Jacobi Pastor. Ad cohonestandas Funus  
Quod ... Dn. Johannes Sibrand, U.I.D. & Profes. Publ. ... Filiolae suae Catharinae  
Ilsebae, Hodie ... adornaturus est Omnes omnium Ordinum Cives Academicos ...  
invitat**

Rostochii: Kilius, [1671]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn774761555>

Druck    Freier  Zugang



Becker, H.,

in

C. J. Sibrand.

Rostock, 1671.

40







103

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**M. HERMANNUS**  
*Becker/*

Prof. P. Facult: Philosophicæ ho-  
die Decanus & ad D. Jacobi  
Pastor.

Acohonestandum Funus

Quod  
Excellentissimus, Nobilisimus & Consultissimus

**DN. JOHANNES SIBRAND,**  
U. J. D. & Profel. Publ. Celeberrimus  
Mellitisimæ Filiolæ suæ

**CATHARINÆ  
ILSEBÆ,**

Hodiè circa horam Primam in Æde Nicolaitanæ  
adornaturus est

Omnes omnium Ordinum **CIVES ACADEMICOS**  
Studiofissime invitatur.

---

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILI, Universitatis Typogr.



Uod abs me, in ipso principio, suffragiis eorum, quibus repugnare fas non erat, collati Rectoratus, hodienum feralis exigatur scriptio, id certissimè me non leviter torquet, Sicut enim ex primâ aurorâ exortæ recens diei tempestate, vel serenam vel turbidam conjectare possumus; ita primus

obeundæ functionis actus, quales cœteri futuri sint, sati ostendit. Quoniam autem testante Scripturâ Sacrâ omniscius Deus, omnes actiones humanas eò dispensat, ut in bonum finem, nobisque salutarem cedant, idcirco nullatenus mihi infelix videor, quod inter occupationes officii primas, lugubre quidpiam mihi oblatum sit. Trahimur enim hoc ipso in exactissimam considerationem humanæ fragilitatis, istiusque pia meditatio, ad vitam sobriè agendum, terrenasque voluptates evitandas, magnum omnibus esse debet intentum; Vita nostra teste experientiâ, candelæ instar est, quæ accensa, seipsam vivendo, seu arden-

de

do extinguit: Poeta Alexis interroganti cuidam, quid  
ageret, respondisse fertur *Pau latim morior*, & quidem  
admodum recte; Nam vita dum crescit, decrevit, &  
ad instar togæ quæ per usum aut per tineam, sœpe per  
utrumque, corrupitur; Imo, sœpiissimè Utero vix e-  
gressus est Homo, cum iterum subrepente, in tenerâ  
extinguitur ætate. Intueamur hodiernum saltem mel-  
litissimæ Puellulæ CATHARINÆ ILSABÆ Exem-  
plum, quod & vitæ nostræ brevitatem, & rerum hu-  
manarum inconstantiam graphice depingit, siquidem  
vix nata, denascitur, & parentibus suis non tam data  
quam ostensa esse videtur. Cœterum quæ de ortu  
morbique genere, scitissimæ Animulæ solito more ap-  
ponenda essent, eo ordine quo ab's Excellentissimo  
Parente, Collega nostro plurimum dilecto, propriâ  
manu consignata sint, illibatè referemus, ita vero ille.  
*Cum D. T. O. M.* vitæ, qui pariter nostræ, necisqzs Domi-  
nus est, visum fuerit, hesterna nocte, horâ circiter quartâ  
unicam meam, eamque recenter natam filiolam CATHA-  
RINAM ILSEBEN E. vivorum cœtu evocare, inquæ  
cœlestem translocare paradysum, immemoriam revocavi, so-  
latioque fuit, dictum Jobi, Deus dedit, Deus iterum ab-  
stulit, nomen Domini sit benedictum; Cum autem piè  
defanctæ, nil melius Opatusve, obvenire possit, quam  
ut terræ, communii reddatur matri, idquæ quantocius,  
ad sepulturam diem proximam Dominicam destinavi, ut  
ergo

ergo more Suetō, funus hoc, Programmate quodam indicere, idque in Aede D. Nicolai, ubi requiem suam ad novissimum usque diem habitura est, haud gravetur, etiam atque etiam est, quod rogitem; Nata autem mibi pie functa die X. hora circiter X. vespertina prateriti Octobris Mensis. Matre BARBARA Garstens/ Avo paterno HENRICO SIBRANDO, U. J. D. atque Nobilissimorum Statuum Mecklenburgicorum Syndico dexterrimo: Avia CATHARINA Deutschen. Avus maternus ipse fuit, Vir Nobilissimus, Amplissimus ac Consultissimus Dominus JOACHIMUS Garstens/ U. J. D. quondam Serenissimi Principis, ac Domini, Domini, AUGUSTI, Saxonia, Angaria, & Westphalia Ducis, gloriosissima recordationis, Cancellarius, nunc liberæ Imperialis Civitatis Lubecensis Syndicus primarius, senex ferè Octagenarius, Avia materna ILSABE a WICKEN, ex notissima Patriciorum Lubecensium familiâ oriunda; Proavus paternus JOHANNES SIBRANDUS, U. J. D. & Professor Codicis, in hac Academiâ, nec non Syndicus hujus Civitatis meritissimus. Proavia ejusdem linea ANNA SCHILINGIA, Consulis hujus Civitatis primarii, Filia unica; Proavus maternus NICOLAUS Garstens/ Consul Republicæ Saltz Wedeliensis, Ex altera Linea THOMAS a WICKEN, Senator & Camerarius Lubecensis præclarè meritus. His majoribus, ut reliquos taceam, pie functa, banc adspexit lucem; sed solum adspexit. Vanitatis enim

exosa

exosa, quā superstites hēc laboramus mortales, & de-  
tinemur, ad Amplexus Servatoris cui, cum proxima  
ā nativitate die, per salutare Baptismi laracrum fuerit  
ad sociata, properavit, vel potius in eisdem inruit, Vi-  
am monstratura scilicet praevit, praeundoque prepara-  
vit, quodcumque vel ubicunque Deo Optimo Maximo  
visum fuerit, securis; Morbi Genus quod attinet, die  
quidem proxime beatum illius abitum antecedenti, non  
usque benē sese habere cōpīt, verū cum sēpiuscule  
jam morbiculis istiusmodi infantulis non in vetis, lucta-  
ri s̄uerisset, minus de reconvalecentiā dabitatum, fuisse  
autem Catharum cens Medici vocant suffocativum  
exitus prob̄ demonstravit. Ossa molliter cubent, terraq;  
piè sanctæ sit levis, scenam hanc cum solverit, in cœlesti  
gaudio triumphat. Satis quidem prudenter atque  
piè antea adducta, abs Nobilissimo parente sunt  
meditata; Ast non, uti cuivis tenerimum erga  
liberos suos parentum affectum, penitus conside-  
ranti, apertissime patet, absque dolore, & quid  
mirum! ~~s̄m̄q̄~~ enim illa, nobis, qui parentes sumus,  
connata, tantum efficit, & vel obnītentibus lacrumas  
& lamenta excutit: Darium, floridissimus Curtius  
Captivitatem suorum deplorantem, sic loquentem  
inducit. Eripite inquiens, viscera mea ex vinculis, re-  
stituite mihi pignora, pro quibus ipse mori non re-  
cuso. Luctuosum, fateor est, quando inverso mor-  
talita-

talitatis ordine, videmus efferi Nostros, cæterum  
in casibus quibus omnes ex æquo, sumus obno.  
xii, immoderatius dolere, non est sapientis, & irre-  
cuperabilia luctu excipere, supervacuæ potius est  
velaniæ, quam sanæ sapientiæ, atque pietatis: A-  
anaxagoras auditâ morte Filii, nihil, referenti de ea.  
respondit, mihi inexpectatum aut novum nuncias,  
ego enim ex me natum dudum sciebam esse mor-  
talem. Idem certe in præsentiarum mæstissimi  
parentes, amicis hance præproperam, filiolæ suæ  
mortem, impensè dolentibus, in memoriam revoca-  
re debent; Communis equidem naturæ Lex di-  
cta est, mori & quod omnes facturi sumus hodie  
mellitissima hæcce animula fecit, id est obiit. Sed  
videor mihi objici nimis mature & ante diem obiis-  
se hancce suavissimam virgunculam. Absit hæc, Chri-  
stiano homine indigna cogitatio. Novimus enim  
homini certum à Divino Numine præfixum esse  
terminum, Novimus itidem Summum Re-  
gem & Dominum Dominantium DEUM scilicet,  
nil nisi tempestivè, nil nisi utile & omnia ex sa-  
lute nostra facturum. Ergo dies, quem summus  
ille rerum Arbitrè, atque moderator, supremum  
esse voluerit, legitimus est, atque exoptabilis; Si  
hodiernorum temporum faciem penitus pensi-  
tamus, si quæ nos premunt, & quæ impendent  
mala

mala, mentis acie perstringimus, bene de pi  fun-  
ct  actitatum omnes inviti affirmare cogimur;  
Illa quippe omnium malorum expers, & Ange-  
lorum, beatorumque consortio immixta,  -  
terna carpit gaudia, Nos qui supervivimus  
spem inter metumque dubii, quid nos mane-  
at, h remus. Vita nostra revera carcer, pere-  
grinatio ac misericordiarum Abyssus est. Mellitissima  
Infantula periculosa atque molest  vit  hujus  
functione perfuncta est, pervenit ad metam,,  
ad quam omnes properamus, & libera est ab  
omnibus insanientis hujus mundi tempestati-  
bus atque procellis. O felicissimum Virguncul   
Nostr  statum! O desideratisimum! quem  
potius ipsi gratulari quam invidere debemus, &  
Qui vos, Parentes honoratissimi, morte separavit  
Deus, ille vos aliquando in  tern  vit  conjun-  
ctos, inexsatiabilibusque l titiis beabit, Inte-  
rim:

Nunc suscipe Terra fovendam  
Gremioque hanc concipe molli  
Hominis tibi membra sequestro  
Generosa & fragmina credo.

Vos

Vos itaque **CIVES ACADEMICI**, quos  
prima sic vice ex hoc loco compella-  
mus, scitissimæ puellulæ exequias, quan-  
ta unquam possitis frequentiâ, celebra-  
te, contestamini hoc ipso erga nobilis-  
simos defunctæ infantulæ parentes, Af-  
fines, amicos de Academia, ac Urbe Ro-  
stochiensi, de literis, atque literatis me-  
ritissimos, pietatem atque benevolen-  
tiæ, quod ut faciatis prolixæ ro-  
gamus atque serio Hor-  
tamur.

**P. P. Rostochii 26. Novembr.**  
**Anno 1671,**

Conventus instituetur in Æde D. Ni-  
colao sacrâ, circa dimidiam Primam.











Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn774761555/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761555/phys_0016)

**DFG**

mala, mentis acie perstringimus  
Et a actitatum omnes inviti affi-  
Illa quippe omnium malorum  
lorum, beatorumque consor-  
terna carpit gaudia, Nos q-  
spem inter metumque dubii,  
at, hæremus. Vita nostra rev-  
grinatio ac miseriарum Abyssus  
Infantula periculosâ atque me-  
functione perfuncta est, perv  
ad quam omnes properamus,  
omnibus insariantis hujus mu-  
bus atque procellis. O fœlicissi-  
Nostræ statum! O desideratis  
potius ipsi gratulari quam invic  
Qui vos, Parentes honoratissim  
Deus, ille vos aliquando in æte-  
ctos, inexsatiabilibusque læti-  
rim:

Nunc suscipe Terra  
Gremioque hanc co-  
Hominis tibi membra  
Generosa & fragmin-

piè fun-  
gimur;  
Ange-  
ta, æ-  
vivimus  
mane-  
, pere-  
itissima  
e hujus  
etam.,  
est ab  
pestati-  
unculæ  
quem-  
mus, &  
paravit  
ronjun-  
. Inte-

um  
ollî  
stro

Vos

